

## Werk

**Titel:** Copiosissima Evangeliorum Dominicalium Expositio

**Autor:** Bakius, Reinhardus

**Verlag:** Lungius; Schmidius

**Ort:** Lübeck; Schleusingae

**Jahr:** 1640

**Kollektion:** VD17-nova

**Werk Id:** PPN616188471

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN616188471> | LOG\_0011

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188471>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

# Feria secunda Nativitatis,

Evangelium Matth. 23.

**D**ixit Iesus turbis Iudeorum, & Principibus Sacerdotum: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & illorum aliquot occidetis, crucifigetisq; & illorum nonnullos flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de civitate in civitatem, ut veniat super vos, omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinem Zachariae filii Barachia, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hac omnia super generationem istam. Hierusalem, Hierusalem, quae occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, haudquaquam me videbitis posthac, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

An textus hic  
Natalitius festo  
conveniat.

**D**N. D. Simon Pauli dicit, se aliquoties summè admiratum, cur Textus hic hodiernæ festivitati proprius & à pia Antiquitate anniverfarius factus, cum malè conveniant. *Letiffimum Angelorum canticum* (der H. Engel Jobgefång) & *triffiffimum Christi lamentum* (des H. Ern Christi Jammergefång) in illo *fructus*, in hoc *vere laudus*; in illo *multorum falus*, in hoc *verò multorum interitus*; in illo *felicitas*, in hoc *verò infelicitas* & *miſeria denunciatur*, &c. *Wie ist unſer Chriſt Stewd ſobald zur Trawrigkeit worden?* annon hic obtinet Salomonicum illud; *extrema gaudii latus occupat?* Prov. 14. v. 13. Sed cauſæ & convenientiæ hujus textus ſunt ſequentes: I. Sicut paſtores Bethlehemitici puerulum recens natum, ſine ministerio Angelorum, inveniſſent nunquam: Ita & nos Jeſulum noſtrum nunquam inveniemus, ſine ſidis Eccleſiæ Doctõribus, angelis illis Domini Zebaoth, qui in hoc textu dicuntur: *Prophete, Sapientes & Scriba*. II. *Vbi Lux ibi crux*; ut ergo heri actum eſt, de magna illa mundi luce Chriſto, ita hodie agimus de cruce omnium, qui Mariæ filium conſtitentur, *illos oportet ingredi, per cruceſ & moleſtias, æterna vita requiem*, Act. 14. III. Contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt, heri ergo ut noſtra celebravimus *Hilaria*, Dei contemplantes bonitatem; ita hodie *Triſtia* ſequuntur & agetur etiam deinceps de *Herodis infanticidio*, de *Chriſti fuga*, de *Gladio Simeonũ anticipari*, quæ omnia hominum malitiam & perverſitatem depingunt, adeoque verum manet illud: *Omnis homo mendax & pravaſ, ſolus Deus verax & bonaſ*, Rom. 3. IV. Actum heri eſt de intacta virgine Maria Chriſti matre, putant autem nonnulli Patres, ob aſſertam Mariæ virginitatem, trucidatum eſſe à Judæis Zachariam Baptiſtæ patrem, de quo hodiernum agat Evangelium. V. Egimus heri de *Domino* & hodie de *Servo Stephano*, quorum alter *hominem, pro nobis, induit*, alter *verò, pro Deo, exiit*, alter *ſpecum hujus vita, propter nos, eſt ingreſſus*, Alter *verò, propter Dominum ſuum, ſpecu iſto eſt egreſſus*, Alter, *pro nobis, facinor involutus eſt*, alter *verò, pro Chriſto, lapidibus obrutus eſt*, ut Gregor. Miſſen. pulchrè loquitur. VI. Chriſtum mundi Redemptorem eſſe, hoc variis indiget *teſtibus*, ut ergo heri actum de *teſtibus partim cœleſtibus*, partim etiam *terrenis paſtoribus*: ita hodie agitur de *teſtibus cruentis*, Martyribus ſcil. inter quos Stephanus primus fuit; VII. Heri actum eſt de natali *Salvatoris Chriſti*, hodie autem de natali *ſervorum* agitur, eſt que ille *non dies ortus*, ſed potius *dies obitus* illorum; qui enim pro Chriſto moriuntur, illi

non moriuntur, sed oriuntur & ad vitam eternam resuscitantur, IIX. Heri vidimus Dei filium in presepio; Hodie vero oculos cum Stephano tollamus, & videamus Christum in caelo ad patris dextram exaltatum, nec vilius ejus species quenquam offendet, juxta illud: *Lasset euch nicht erschrecken seine kleine gering Gestalt / was thut er drunter decken? sein mächtige grosse Gewalt/2c.*

Ecce ego mitto ad vos. ] In antecedentibus minatus fuerat Christus Judæis judicium Gehennæ, quod vix evasuri essent ob summam ingratitude, ut itaq; in exprobratione ingratitude aliàs dicere solitus est Jehova: *Mittam te ad Pharaonem*, Exod. 3. v. 10. *Ad omnia qua mittam te tibi*, Jerem. 1. v. 6. *Mitto te ad filios Israel, ad populum defectivum* Ezech. 2. v. 3. &c. Ita etiam Christus hic dicit: *Ecce ego mitto ad vos*. Nam licet missio Apostolorum resurrectionem demum subsequutura esset, in presenti tamen loqui voluit Dominus, partim quia illud missionis Apostolicæ tempus jam instabat, partim quia 70. discipuli in Judæam & Galilæam jam tum emissi erant, Luc. 10. partim etiam, quia de certitudine missionis Apostolorum non erat dubitandum. ¶ Observemus hinc I. Ecclesiæ Christi nunquam defuturos fideles Doctores, cum Christus hoc loco in presenti dicat: *Ecce mitto h. e. misi, mitto & mittam usq; ad finem mundi*. Miserrat Deus Judæis *Eliam*, qui concionatus est annis circiter 20. misit *Eliseum*, qui concionabatur annis ferè 70. misit *Esaiam* concionantem annis quasi 80. misit *Jeremiam*, qui prædicavit annis 40. *Danielem*, qui functus officio annis 70. Sicuti sunt *Zacharias*, *Malachias*, *Esdras* & *Nehemias*: Verùm hos omnes, vel plerosq; cum Judæi occiderint, poterat sanè hæc illorum impietas & contumacia filium Dei movisse, ut in posterum suæ bonitatis rivulos retraheret, nec ullum deinceps ipsis mitteret: Sed vide miram Domini bonitatem! adhuc dicit: *Mitto ad vos Prophetas, Sapientes, Scribas*; misit utique *Paulum* qui concionatus annis 35. *Ioannem Apostolum*, qui prædicavit annis 65. *Jacobum minorem*, qui præfuit Apostolatui annis 30. *Jacobus* vero major tribus post Domini ascensum annis, quos omnes licet malè mundus mulctarit, semper tamen audita & quasi repetita est hæc Christi vox. *Ecce mitto ad vos Prophetas*, Idco enim in celos ascendit Dominus, ut constitueret indefinenter, alios quidem Apostolos, alios Evangelistas & alios Prophetas, & alios Doctores & alios Pastores, Eph. 4. v. 11. misit *patres Græcos & Latinos*, misit *Lusitanum*, misit *Philippum*, misit *Pomeranum*, *Crucigerum*, *Lu-*

*Ecclesia fidei Doctores nunquam deerunt.*

sum Ionam, & alios, imo hodieque mittit iustitiæ doctores juxta cor suum Joel. 2. v. 23. qui in acie, ceu milites, conglobati sunt, *stat pede pedens usq; viro vir*, Wenn einer fellt / muß der ander stracks an seine Stell treten / agnoscamus hoc beneficium, & oremus, ut nunquam desint Prophetæ, *cessante enim prophetia, dissipatur populus*, Prov. 29. v. 19. ¶ II. Observemus hic quænam omnium ingrati- tudinum sit ingrati- tudo maxima? videlicet contemptus verbi, persecutio Evangelii & cædes syn- cerorum Ecclesiæ Doctorum. Deus multa & magna Judæis præstiterat beneficia, eduxerat ipsos ex Ægypto, protexerat ipsos sub umbra ala- rum suarū, viam ipsis monstrarat de die in nubis, de nocte verò in ignis columna, annis 40. integris, aquam ex petris durissimis & panem de cœ- lo ipsis subministrat, hostes ipsorū forti brachio contriverat, dederat eis domos, quas non ædificarant, hortos quos non plantarant, fontes quos non foderant, &c. Sed nullum ex his omnibus beneficiis Judæis objicitur, licet erga omnia essent ingratis- simi, quando verò Dei legatos & præcones persequerentur & occidebant, hæc ipsis ingrati- tudo, ceu omnium maxima, summa cum vehementia, à Christo objicitur, quan- do dicit: *Ecce mitto ad vos Prophetas, Sapientes & Scribas, &c.* Sed Judæi po- pulus sunt poenitere nescius, quem ita reddam inexcusabilem. Hæc ita- que vera & verè unica est causa excidii urbium & integrarum gentium, *contemptus verbi & Ingrati- tudo erga Ministerium*; testantur exempla primi mundi, Sodomorum, Hierosolymæ, &c. nos aliena pericula cautos fa- ciant, ita, ut pedes pacem evangelizantium amemus & amabiles dica- mus, Esa. 62. v. 7. ¶ III. Observemus fidos Ecclesiæ Doctores non crescere in arboribus ut Pyra ac Poma, nec de plateis colligi, ut glebas & lapides colligimus, nec pecuniâ emi posse, juxta illud filiorum seculi: *Wer hat was da sînget / der friegt wol was da sînget*: nec ab aratro ho- diè vocantur, ut olim Elisæus, 1. Reg. 19. nec à telonio ut Matthæus, Matth. 9. nec à reti piscatorio, ut Petrus, Andreas, Joannes & Jacobus, Matth. 4. sed ut Luc. 11. v. 49. dicitur: *ὁ σοφία τῆ θεῶ, sapientia Dei*, h. e. ipse Dei filius, patris sapientia, quam ab initio viarum possedit, Prov. 8. v. 22. illa mittit Prophetas, Sapientes & Scribas, juxta nostrum textum, illa dat doctores iustitiæ, Joel. 2. v. 23. illa verbum dat evangelizantium ex- ercitu multo, Psal. 68. v. 12. illa *ἐκκαλεῖ* operarios in messem, Matth. 9. v. 38. Hanc itaq; Dei sapientiam implorent & illi, quibus Ecclesiæ Mi- nistri miti debent, & illi qui mitti volunt, denn *Weruff machet Predi- ger /*

*Verbi contem-  
tus ingrati-  
tudo  
omnium maxi-  
mum.*

*Fidi Doctores  
peculiare Dei  
denn.*

ger / & semper magna fecerunt, qui Deo vocante docuerunt, Darumb wenn du weiser vnd klüger werest denn Salomon vnd Daniel / so soltestu doch dafür stehen als für der Hellen / daß du auch nur ein Wort redest / du würdest dann dazu gefordert vnd beruffen / Luth. sup. Epist. in die S. Andreæ.

¶ IV. Observemus hic summam Dei nostri clementiam & longanimitatem, quæ homines punit non nisi satis præmonitos, ita moniti sunt Cainitæ & Nimroditæ per Noachum, Sodomitæ per Lothum, Pharaonem per Moysen, Ninivitæ per Ionam, Chaldæi per Danielem, tandemq; Judæi per Iohannem Baptistam, per Christum, imò juxta nostrum textum per Prophetas, Sapientes & Scribas, utinam illos audissent! cum itaq; & nos præmonent Christi legati, illos audiamus, eisq; obsequamur, ne tandem nobis occinatur notum illud: Gott hat vns lange geruffen / durch seine getreue Knecht / vnser Ohren (aber) sind nicht offen / darumb geschicht vns recht / 2c.

*Dei clementia  
in puniendis im-  
piis.*

Mitto Prophetas, Sapientes & Scribas. ] Ut scias de quibus Christus hic agat, Luc. II. v. 50. dicitur, mittere cœlestem sapientiam *σοφίας καὶ δυνάμεως*, intelligendi itaque per Prophetas, Sapientes & Scribas sunt Apostoli, quos ita ornat. I. Dicit Prophetas, idq; vel ideo, quod more Prophetarum futura prædixerunt, ut Paulus de filio perditionis, sine mundi & sæctis, 1. Tim. 4. 1. Thes. 4. de statu item Ecclesiæ ut Iohannes in Apocal. per totum, nec non de fame & Pauli vinculis, ut Agabus, Act. II. & 21. quibus meritò annumeratur ultimis hisce temporibus noster Lutherus, qui Spiritu Prophetico multa prædixit & pudenda Romanæ Meretricis occulta, ita nudavit, ut à quodam Canonico dicitur *magnus proditor, Der grosse Verräther* / dictus sit. Vel ideo Prophetæ dicuntur Apostoli, quia accuratè scripturas exposuerunt, id quod Paulus *propheta* nominat, 1. Cor. 14. II. Dicuntur Apostoli: *σοφοί sapientes*, quia cœlestem sapientiam è sinu patris prolatam, à filio acceperant, Joh. I. v. 18. loquebantur *Dei sapientiam* in mysterio absconditam, 1. Cor. 2. v. 7. prædicabant Christum *Dei sapientiam*, 1. Cor. 1. v. 24. imò qui non sapientes essent Apostoli, cum nominentur *sapientes æconomii*, Luc. 12. v. 42. qui verbum veritatis rectè secuerint, 2. Tim. 2. v. 15. & prædicarint illum, in quo omnes thesauri *sapientia* absconditi, Col. 2. v. 3. cum Deus ipsis dederit *os & sapientiam*, Luc. 21. v. 15. tandem *γραμματοτέες* sive Scribas Apostolos Christus dicit, non odio suo illo nomine, quo Pharisæi Scribæ dicebantur, sed quia *εὐαγγελιστοὶ γραφοί* fuerunt & literis Christi a-

*Apostoli cur  
Propheta dicti.*

*Cur Sapientes  
nominati.*

*Cur Scribæ.*

*Verbum Dei  
non fabula, sed  
sermo firmus &  
propheticus est.*

si acta conflagraverunt, idē dicuntur *Scribae* & quidem *Scribae* ad regnum  
caelorum edocti, qui ē thesauri suo prodixerint *Vetus & Novum*,  
Matth. 13. v. 52. ¶ Observemus hic pessimē egisse papam Leonem X.  
ut & Cardinalem *Bembium*, quorum hic cum audisset allegari diētum  
aliquod Evangelistae aut Apostoli, non sine cachinno dixit: *Quid mihi  
cum illa FABULA de Christo!* alter verō cum grandem pecuniae summam  
in mensa jacentem contempleretur, similiter dixisse fertur: *Videte, Fabu-  
la de Christo quantas nobis peperit divitias!* Nos sciamus Apostolos & Ev-  
angelistas esse Prophetas, recipiamus itaq; ipsos in prophetae illius ma-  
gni (Christi) nomine, ut Prophetas, & prophetae mercedem adipisce-  
mur Matth. 10. v. 40. audiamus ipsorum sermonem, ut sermonem fir-  
mum ac *propheticum*, 2. Pet. 1. v. 19. imō sciamus hos Dei viros à Spiritu  
S. actos, prophetasse, cum nulla unquam prophetia ex viribus humanis  
sit profecta, 2. Pet. 1. v. 21. II. Si sapientes sunt Apostoli, piscatoriā illā  
simplicitate, quae in ipsorum scriptis reperitur, non offendamur, sed fu-  
giamus potius stultitiam insanientis mundi, & sectemur illos, qui nos  
deducunt ad timorem Domini, ille enim intellectus bonus est omni-  
bus facientibus eum, Psal. 111. v. 10. III. Si *Scribae* sunt Apostoli ipsorum  
scripta omnium aliorum scriptorum scriptis praeferamus, scientes, om-  
nia quae scripta sunt ab ipsis, in nostram doctrinam scripta esse, ut per  
patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus, Rom. 15.  
v. 4. &c.

*Apostoli occisi.*

Et illorum aliquos occidetis. ¶ Naturā æquum est, nemi-  
nem ex benefacto in periculum trahi, Apostoli mundo benefecerunt,  
& tamen in quadruplex periculum trahendi erant, juxta nostrum tex-  
tum. I. Praedicit Salvator nonnullos *occidendos*, & verē occisi sunt Apo-  
stoli: *Bartholomaeus* excoriatus est sub *Altyage*, nolens adorare idolum in  
*Valat*. *Jacobus major* sub *Herode Agrippa* decollatus est, A. C. 12. anno  
Christi 43. *Thomas* apud orientales solis cultum rejiciens, hastā confos-  
sus est; *Matthaeus* ab *Hirtaco* in *Aethiopia* decollatus est: *Barnabas* Pauli  
collega in Cypri urbe *Salamin*, à Judaeis exustus est: *Marcus* per plateas  
civitatis *Alexandriae* pedibus tractus, expiravit anno *Neronis* 8. *Ignatius*  
anno *Trajani* 11. Leonibus objectus est: *Laurencius* in cranicula affatus  
est, A. C. 251. II. Dicit Christus Apostolos *crucifigendos*, completum  
hoc, juxta *Lyranum*, in *Petro*, qui cruci affixus est Hierosolymis, ut & in  
*Andrea* Petri fratre, crucifixo sub *Vespasiano* in *Achaiae* civitate *Parris*,  
Anno

*Apost. crucifigi.*

Anno Christi 80. ubi ita crucem salutasse dicitur: *O crux diu desiderata, & jam concupiscenti animo preparata securus & gaudens ysmo ad te, ut & tu exultans suscipias me discipulum ejus, qui pependis in te, quia amor tuus semper fui, & desideravi amplecti te.* Philippus, Petri sympatriota similiter crucifixus est Hierapoli in phrygia, A. C. 53. Eusebius l. 3. c. 32. & Niceph. l. 2. c. 40. dicunt Simonem Zeloten & Iudam Thaddeum sub Trajano crucifixos esse, & Simonem quidem anno ætatis 120. III. dicit Christus Apostolos *flagellandos*; ita Apostoli virgis cæsi sunt, A. C. 5. & 16. 2. Cor. 11. dicit Paulus se ter virgis cæsum & c. IV. dicit Christus Apostolos *è civitate in civitatem pellendos*, factum hoc est, juxta Lyram, cum Paulo & Barnabâ, quos Judæi è finibus ejecerunt, A. C. 13. ita Iohannes anno ætatis 85. in Pathmum relegatur, ubi & Evangelium & Apocalypsin conscripsit, si Theodoro Tyri Episcopo credimus: Ita Iohannes Chrysostronus Episcopus Constantin. in exilio moritur, anno ætatis 52. imò usque adeò persecuti sunt Judæi Apostolos, ut Paulus Romæ sub Nerone crudelissimo jus & justitiam quærere coactus sit, quam in sancta Hierosolymorum urbe invenire non potuit. Quæri autem non immeritò posset, an etiam bonitati & fidelitati Christi Servatoris competat, quod suos discipulos tantis & persecutionibus & cruciatibus etiam volens objecit? At sciendum has filium Dei sui consilii causas habuisse. I. Filii Dei passim in mundo inter impios dispersi, periissent, nisi Apostolorum ministerio è faucibus istorum luporum fuissent erepti, & in unum congregati, Joh. 11. v. 52. 2. Apostoli per hanc fortunam conformes facti sunt imagini filii Dei, Rom. 8. v. 29. qui etiam post multas persecutiones, flagellis cæsus & crucifixus est, certum autem qui huic Domino commoritur, ille ipsi etiam convivet, 2. Tim. 2. v. 11. 3. Judæi ita redditi sunt ἀναπλόγητοι nec in extremo judicio habebunt, quod possint obvertere, cum Deus ipsis etiam invitis præcones veritatis miserit, & c. ¶ Observemus autem hęc sortem Legatorum Dei & omnium Christianorum; crux, flagella, lapideus imber & persecutiones perpetuæ ipsos expectant, superiori seculo quot martyrum ardentes rogos vidit Italia, quot Gallia, Hispania, Anglia, Belgium & aliæ Christiani orbis oræ? quot ensium acies retusa est in cædendis piorum Christianorum cervicibus? quantum innocentis sanguinis effusum est ob solam Evangelii professionem? persecutiones plusquam Turcicas, in Syria, Carinthia, Austria, Francia & Bavaria silentio præteribimus, cum in recenti sint memoria, recolamus hęc mente Apo-

*Apost. flagellati.*

*pulsi è civitate in civitatem.*

*Cur Apostoli tot periculis expositi.*

*Cruce Christianorum comos perpetuus.*



stolorum sortem & cum Elia dicamus: *Non sumus meliores patribus nostris*, I. Reg. 19. v. 4.

Ut veniat super vos omnis sanguis. ] Venire sanguinem super aliquem, est *sanguinis reum fieri, requiri ab eo sanguinem, sanguinem in eo vindicari, vel penas eum dare propter sanguinem iusti fusum*, Bucer. Innuitur itaque Prophetarum occisores & Apostolorum persecutores suam impietatem non impunè laturus. Quæri autem posset, cur *Abelis & Zacharia*, ex tam innumeris Martyribus, fiat mentio? Lyra dicit hîc depingi justum *minimum* & justum *maximum*, cum Abel Pastor illiteratus, Zacharias verò Sacerdos fuerit. *Glossa Ordin.* dicit, depingi hîc utriusq; gradus Martyres, cum Abel *in agro* & Zacharias *in Templo* sit trucidatus: Nos hæc improbare non possumus, præsertim cum *Syrus* pro sanguine justo ponat *sanguinem omnium JUSTORUM*. Aliàs per *Abelem* hîc intelligi illum protomartyrem, annis ante natum Christum 4000. occisum à fratre Caino, nullum est dubium; de *Zacharia* autem, cujus cædem Christus hîc describit, diversæ sunt sententiæ. I. Aliqui, iiq; non pauci, per *Zachariam* hunc intelligunt, *Zachariam* illum *Iojada filium sacerdotem*, qui cum populum Judæorum reprehenderet, ab eodem, ad imperium regis Joæ, lapidatus est, & convenit locus nostro textui, cum hîc *Zacharias* perierit *in atrio Domini* & quidem *juxta altare*, ubi vindictam sui sanguinis petens, dixit: *Videat Dominus & requirat*, 2. Par. 24. v. 10. quæ sententia licet multis arrideat, obstat tamen diversitas nominis, cum in *Chronicis Zacharias* ille dicatur *Filius Iojada*, Christus autem in nostro textu agit, de quodam *Zacharia filio Barachie*, ubi Hieron. dicit, errorem librariorum in *Matthæo* commissum & pro *Iojada* scriptum esse *Barachia*: sicut & *Glossa Ordin.* refert, in *Evangelio Nazarorum* pro filio *Barachie*, legi filium *Iojadæ*: *Lyranus* verò respondet, per hanc nominis immutationem describi, *vel Iojada pietatem*, quod videlicet fuerit: *Barachias* hoc est, *Benedictus Domino*, vel hunc virum *binominem* fuisse, sicut *Davidis* parens & *Iesse* & *Isai* dicatur, id quod multis etiam aliis obtingat, quid quod parum, juxta nonnullos, differat *Barachie* & *Iojada* nomen, cum hoc *doctum à Domino*, alterum verò *benedictum à Domino* significet, & utrumque Sacerdoti competat. Alii II. per *Zachariam* in nostro textu intelligunt illum *Zachariam*, qui ex minoribus Prophetis unus fuit, & testatur is cap. I. v. 1. Se fuisse filium *Barachie*, repetit c. 12. v. 4. de cujus cæde licet nihil scriptura habeat, credibile tamen est, initiò qui-

Qualis hic Zacharias describatur.

quidem Judæos libenter Zachariam prophetantem audivisse, postea verò, cum pravorum ipsorum mores, templo fermè absoluto, acrius non nihil perstringeret, trucidari ab ipsis potuit, unde *Hunnius in c. 23. Matth.* dicit: *Propter nominis congruentiam, quod Propheta Zacharias Barachia dicitur filius, mallem ad eum referre Christi sermonem, & profectò, si res ita se haberet, magna esset vaticiniorum Zachariæ autoritas, cum ille fuerit & Propheta & Sacerdos & Martyr, vide Balduin. in Zach. pag. 124.* III. Alii autem per Zachariam in nostro textu intelligunt *parentem Joannis Baptistæ*, qui ob testatam Mariæ Deiparæ inviolatam virginitatem, à Judæis in templo trucidatus sit, juxta *Orig. hom. 36. in Matth.* cui consentit *Hieron. &* hanc allegat causam martyrii Zachariæ, quod prædicarit *adventum Christi*: Sed nec nomen convenit, nec fabulæ Judæorum facilè fidem habendam nonnulli movent. *Sozomenus* putat Christum loqui de primo Zacharia, unde *l. 9. c. 17.* refert, tempore Theodosii, qui A. C. 412. imperii clavum rexit, in oppidulo Caphar, sub terra inventum esse corpus Zachariæ in candida sacerdotum veste, cui ad pedes jacuerit infans aurea corona, aureis calceis aliisque regiis ornamentis indutus: cum itaque Sacerdotes libenter scissent, quis & unde infans ille, in Bibliotheca inventum esse codicem Hebræum, qui indicarit: post Zachariæ Sacerdotis cædem, die statim 7. regis Joæ filiolum subitanè morte periisse, quod cum Pater pro pœna divina agnosceret, ipsum jussisse ad pedes Zachariæ filiolum contumulari: Quod si ita est, res sanè divinæ vindictæ plena est, cum à tempore Zachariæ lapidati usque ad Theodosium numerentur *anni 1268.* Galatinus *l. 4.* dicit in cæde Zachariæ septemplex peccatum à Judæis fuisse commissum, cum trucidarint, 1. *Sacerdotem.* 2. *Prophetam.* 3. *Judicem,* cum fuderint. 4. *innocentem sanguinem,* cum 5. *conspurcarint templum,* cum 6. *profanarint Sabbatum,* cumque violarint 7. *sanctitatem festi expiationis,* in quo Zacharias sit trucidatus, die mensis Thisri 10. h. e. juxta nostrum calendarium, 14. *Septemb.* Augustinus in c. 23. Matth. narrat Zachariæ sanguinem in templo, ex pavimento, effluxisse, nec ullo modo cohiberi potuisse; cum itaque Hierosolyma à Nabuchdonosore capta esset & verò Dux Nabuchdonosoris, Nebuzardam, de sanguine illo ex terra indefinenter ebulliente, audivisset, scire voluit, quis ille sanguis esset? retulerunt Judæi esse sanguinem sacrificiorum, verùm cum Nebuzardam sacrificiorum sanguinem afferri jussisset, magna apparuit cruoris differentia, unde instante illo & Ju-

dæis dira minitante, nisi veritatem faterentur, dixerunt illi, esse sanguinem pientissimi alicujus viri, Zachariæ scilicet ab ipsis innocenter trucidati. Retulit adhæc Nebuzardan: *Videbo ego an sanguis ille possit tranquillari & cohiberi*, occidi itaque jussit Affectores Synedrii 91. & Synagogæ 21. quibus interemis, cum sanguis nondum quiesceret, multos adolescentes innuptasque puellas interfecit, ut & omnes ferè doctos, sed sanguine nondum cessante dixit: *Mi Zacharia, multos tui causâ delevi, si ita vis tantum interimam populum*, adque illa verba sanguinem statim substituisse, unde propè Hierosolymam 211000. in urbe verò 49000. hominum miserè trucidati sint, *So ist Zachariæ unschuldiges Blut gerochen worden* / inquit Saccus noster. Sed in tanta opinionum discrepantia, quid statuemus? Sciamus Zachariam, de quo Christus loquitur, sine dubio fuisse *virum pientissimum & Antistitem Domini*, ut Cyprianus ipsum nominat; sciamus Legisperitis & Phariseis omnibus probè constituisse de cæde illius Zachariæ, quam Christus hîc ipsis objicit, imò sciamus summam Judæorum crudelitatem hîc describi, cum nec templi, nec sacrorum religio ipsos continere potuerit ab innocentissimi hominis innocenti sanguine, quod verò personam Zachariæ in specie attinet, putarim ego citra fidei & salutis periculum illam ignorari posse, cum in dictis tribus opinionibus nulla sua difficultate careat. ¶ Discamus hîc 1. Verum esse illud Davidicum: *Recordatus est Deus justorum, & sanguinem illorum requirit*, Psal. 9. v. 13. verè requirit Dominus justorum sanguinem, cum Abel à Caino trucidatus sit, ante natum Christum annis 4000. integris, sed licet 4000. anni præterfluxerint, memoria tamen sanguinis Abelis innocenter fusi tam recens est, ac si hodie ille occisus esset, & notatu dignum, quod Abelis sanguis dicitur *justus sanguis*, quia magnum est interimere hominem, sed longè majus interimere pium quempiam hominem; qui trucidat Turcam sine sufficienti causa, is graviter peccat, destruendo Dei imaginem ad quam homo ille conditus; sed qui interficit Christianum Christi sanguine conspersum, imò qui occidit aliquem Christi Legatum, is fundit justum sanguinem, quantum itaque putabis hunc peccatum committere? tantum profectò, ut Christus dicat, super Judæos venturum, propter unius Zachariæ sanguinem, omnem sanguinem fustum in primo Abele & omnibus aliis Martyribus, *das ist eine schreckliche Rede/dafür einem die Haare zu Berg stehen solten* / cogita quantum sanguinis innocentis fustum sit in beatis

*Deus requirit  
sanguinem ser-  
vorum suorum.*

V. & N. T. Martyribus usque ad hæc nostra tempora, *Wenig alle bey-*  
*sammen seyn solte/ es würde einen gewaltigen Duff/ Ström vnd blutige*  
*Sündfluth geben / & tamen hic docet Christus, qui fundit sanguinem*  
*unius innocentis Christiani, illum reum esse omnis illius sanguinis, qui*  
*innocenter in omnibus Martyribus fusus est; væ itaque Judæis cla-*  
*mantibus: Sanguis ejus veniat super nos & filios nostros, Matth. 27. si enim*  
*Abelis sanguis post annos 4000. ultus est, quid fiet de innocentissimo*  
*Christi sanguine ejus ultio omninò æterna erit; imò væ omnibus Ty-*  
*rannis & Sanguisugis, sitiunt illi sanguinem, sanguine etiam satiabuntur,*  
*quemadmodum Tomyris, Schyria regina, Cyro (qui ejus filium intereme-*  
*rat) caput abscidit, illudque sacco sanguine repleto includens dixit: Si-*  
*tisti sanguinem, satiare ergo jam sanguine. Equidem: Sanguine fundata est*  
*Ecclesia, sanguine crevit, sanguine succrevit, sanguine finis erit; unde Christus*  
*hic concionatur de sanguineo imbri, qui super Ecclesiam indefinenter*  
*effusus sit, à tempore justii Abelis ad Zachariam & sua usque tempora;*  
*verùm, clamat in cælum vox sanguinis, & quidem subter altare voce ma-*  
*gna clamat ad Deum, Apoc. 6. v. 10. nec frustra clamat, sed hoc cla-*  
*more perit Nero, interiit Domitianus, perit Trajanus, interiit Maximinus,*  
*Decius palustri voragine obruitur nec ejus corpus reperitur, Valeriano*  
*rex Persarum, ascensurus eqvum, pro scabello usus est, Aurelianus pau-*  
*corum conspiratione interficitur, Diocletianus sibi ipsi manus intulit,*  
*Judæi multis myriadibus partim occisi, partim etiam dispersi sunt & ve-*  
*nundati. Tantus justii & innocentis sanguinis clamor est apud Deum!*  
*ita poenas super impios exorat! caveant ergo quivis ne sanguine pio-*  
*rum se maculent, ne unctos Domini lædant, Psal. 105. v. 15. ne pupillam*  
*oculorum Christi tangant, Zach. 2. v. 8. aliàs Dominus videbit & requi-*  
*ret, id quod Zacharias dixit, 2. Paral. 24. v. 22. ¶ Observemus hic, im-*  
*pios non immeritò dici illorum filios & successores, quorum impieta-*  
*tem imitantur; Judæi plenis gloriabantur buccis, se Abrahami filios*  
*esse, Johan. 8. v. 39. Sed Christus rectè respondet: Si Abrahæ filii esse-*  
*tis, Abrahæ etiam opera faceretis, imò in nostro textu pulchrè demon-*  
*strat Dominus, Judæos posteros esse & successores, non Abrahami, sed*  
*potius Caini, qui Judaici populi caput, princeps & autor factus sit, post-*  
*quam illi ejus imitati sunt impietatem, prophetas occidendo. Arrigat*  
*hic aures Pamphilus ille Romanus, Papa, vult ille Christi vicarius & D.*  
*Petri successor esse, & tamen meretrix hæc babylonica ebria est sangui-*

*Omnes impio-*  
*centiores, anti-*  
*quorum impio-*  
*rum rectè di-*  
*cuntur filii.*

Papa ara  
Caini ara.  
Cains Keul  
der Papisten  
bestes Heilige  
thumb.

Horrenda Pa-  
pistarum Lanie-  
na intra 30. an-  
nos commissa.

ac sanctorum & martyrum Jesu, Apoc. 17. v. 6. ut itaque inter Judæos & Cainum quædam erat impietatis affinitas & cognatio, ita etiam Pontificis ara, ipsa Caini ara est hodieq; durans, ardens, flammæque sanctorum sanguine conspersa alens: *Caini clava* meritò inter Papistarum reliquias primum habere locum debebat. *Saccus* noster Dom. 8. post Trinit. p. 399. B. refert post Jesuitarum ortum, usq; ad 1580. h. e. intra 30. annos in Gallia, Hollandia, Anglia, Italia, Hispania trucidatos esse à Papistis nonagiescenties millia constantissimorum veritatis confessorum, quos interfuerint *Principes* quidem 39. *Conites*, 148. *Barones*, 235. *Nobiles*, 147518. ex promiscua plebe verò 70060. talia autem qui patrat, quomodo *Christi vicarius* erit? *Christus* certè *neminem*, juxta Hieron. *occidit, sed occisus fuit: nemini alapas dedit, sed accepit: ergo qui occidit eum, is Christum imitatur, qui verò occidit ANTICHRISTUM, imò Cainum, nec impunè hoc Pontifex faciet, Sanguisuga (dicitur Egle) postquam sanguine, vel hominis vel animalis satiata est, decidit ebria, Sic etiam Pontifex sanguine sanctorum ebrius, mox crepabit, & in Tartara ruet, ut ita redeat ad Dominum, quòd fuit ante, suum.*

Amen dico vobis. ] Ut tantò plus Dominus Phariseos & Legisperitos terreat, nec non ad respicientiam, metu ultionis futuræ, provocet, oraculum suum asseveratione confirmat: *Amen dico vobis*, vel ut Luc. II. v. 51. dicitur: *valè certè, profectò dico vobis*, imò ut scias quinà sint illi, de quibus hic Christus dicit: *veniet super vos sanguis, addit Dominus: hac omnia venient super Generationem istam*, eò innuens, & Patres qui Prophetas occiderant, & filios ejusdem esse conditionis. Equidem Pharisei sepulchra prophetarum ædificabant & ornabant dicentes: *Si fuissetis temporibus Patrum non fuissetis socii eorum in cæde Prophetarum*, ut in præcedentibus dicitur; sed quæ, malum! hypocrisis erat, laudare Prophetas defunctos, & eorum interim persequi doctrinam, cum primis verò Christum de quo omnes Prophetæ erant testati, Act. 10. ? imò quomodo Prophetas mortuos diligere illi poterant, qui odio habebant viventes, hoc est, non modo Baptistam, Prophetam illum altissimi, Luc. 1. Sed & Christum Prophetam illum summum à Deo promissum & missum, Deut. 18. qui itaque prophetarum doctrinam, Christum & Christi discipulos persequerentur, illi in nostro textu dicuntur una eademq; *Generatio*, cum antiquis phreticidis, *Eltern vnd Kinder sind einerley Haar / eines packts / eines gehackts / eines gepackts / eines geschlechts /*

schlechts / unum si noris, omnes noris, ex uno omnes disce, ist einer gut / so sind sie alle gut / dicebat ille, qui lupos in sacco venales habebat. Eadem hodie Papistarum ratio est, ornant etiam illi Apostolorum & veterum Martyrum sepulchra, imò plusquam Pharisei faciunt, dicant interfectis sanctis templa: in memoriam eorum erigunt statuas: preces suas ad ipsos dirigunt: cereos illis accendunt: Missas eis canunt: peregrinationes ad sepulchra sanctorum instituunt: imò ipsorum ossa & minutissimas reliquias, ut plurimum supposititias, superstitiosè asservant, eolunt, venerantur, non rarò cum Phariseis dicentes, *si ipsi vixissent, Apostolorum & Martyrum tempore, se majoribus suis ROMANIS, non futuros fuisse socios in cæde sanctorum Martyrum*, Sed quæ hypocrisis est deprædicare Apostolos ac martyres defunctos, & interim ferre non posse, imò odio plusquam Vatimiano persequi Apostolorum ac Martyrum doctrinam? Christum unicum nostrum Mediatorem esse, *Apostolicum est: Christum solum adorandum, Apostolicum est: in sola Christi cruce gloriari, Apostolicum est*; & tamen si hodieque tale quis Romæ prædicaret, vel Paulus vel Petrus, vix certè effugerent, alter quidem lignum crucis vel rogi; alter verò securim vel gladium, ut Dominus *Lyserus* rectè censet. Cum antiquis itaque Romanis, ejusdem etiam GENERATIONIS sunt hodierni Romanistæ, quos eadem, cum tyrannicis majoribus pœna expectat. ¶ Observemus hîc Deum nostrum gloriosum verè esse *fortem, zelotem, visitantem iniquitates patrum in filiis, in tertiam & quartam generationem, Exod. 20.* in nostro enim textu dicitur innocentem Abelis, Zachariæ, & omnium Martyrum Sanguinem aliquando requiri debere, non tantum à Caino & antiquis illis Judæis, sed à tota Judæorum Generatione. Equidem justitiæ divinæ regula aliàs non vult, *ut filius patris iniquitatem portet, nec pater filii, Ezech. 18. v. 20. Deut. 24. v. 16.* Sed quia Judæi impiorum parentum impii erant filii, imò generatio illa Judaica, quæ Christi tempore vixit, cum CONSUMMATRIX quasi fuerit effusionis sanguinis Prophetici & Apostolici, justissimâ ultione ab ipsis pœna sumpta est, omnis sanguinis innocenter effusi, ut meritò huc referri queat illud Messiæ: *in memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectum Domini, & peccatum matris ejus non deleatur, Psal. 190. v. 14.* Vnd muss demnach das Gercklein der Sarr / vnd das Kalb der Ruhegar offte entgeltet in foro justitiæ divinæ, ita in Adamo puniuntur etiam posterî: in diluvio pereunt parentes & liberi: ob Saulis periurium 7. ejus filii suspenduntur,

*Visitat Deus iniquitates patrum in filiis.*

tur, 2. Sam. 21. v. 8. & 9. ita ob Gehasi & Joabi malitiam, tota ipsorum posteritas leprâ punitur, 2. Sam. 3. v. 29. 2. Reg. 5. v. 27. ita etiam maledicit Moses, non tantum impiis, sed & fructui venientis ipsorum, Deut. 28. v. 18. Qui itaque ab impiis prognati sunt parentibus, illorum impietatem eò fugiant diligentius, & majorum perversitas ipsis non nocebit, cum sciamus etiam ex malis parentibus bonos & faustos ortos esse liberos, *Ezechiam* videlicet Achasi impii filium, 2. Paral. 28. v. 27. *Iosiam* Ammonis filium, 2. Paral. 23. v. 25. *Jonathan*, Sauli filium &c.

Jerusalem, Jerusalem, quæ lapidas.] Instituitur hic digressiuncula & *Σποροφῆ* ad urbem Hierosolymorum, in qua omnia pulchra, i. alloquitur nominatenus Hierosolymam, & rectè monet Beustius, esse hypallagen, sicut istud: *Commota est Græcia, h. e. Græca natio*, unde *Glossa interlinearis* addit: *Homines non saxa urbis affectu patris plangit*, imò Erasmus ait: *Ierusalem nomine, quæ Iudææ caput erat, totam intelligi regionem, putant nonnulli*, 2. Emphatica est & pathetica vocis Jerusalem ingeminatio, & putat *Lycerus* Christi commiserationem hac ingeminatione delineari: *Bucerus* dicit, hanc deplorationem nimii amoris erga *Judæos* esse indicium. *Theophylactus* addit: *Ut amator quis ab amica contemptus, ita revocat adulteram Synagogam, ex sententia Dn. VVinkelmanni in Luc* dicens quasi *O Ierusalem Ierusalem! Tu qua debebas esse custos doctrinæ cœlestis, Magistra divinæ voluntatis, lux populorum, exemplar omnis sanctitatis & pietatis, ecce prophetarum & legatorum Dei interfectrix es, du Prophterem Mörderin/ du Blut schluckerin/ etc.* Ingeminatio urbis auget vim sermonis, & acuit iudicium, quod cœlitus adversus illam erat promulgaturus, *Hunn. in Matth. 3.* dicit Dominus Hierosolymam lapidare Dei legatos, id quod *interlinearis glossa allegoricis* ita exponit: *Lapidat Dei legatos, h. e. duritiâ cordis à te repellis, sed allegoriâ opus non est, cum res ipsa loquatur: Paulus apud Lytrensenses lapidatum se conqueritur, Act. 14. Iacobus minor eandem expertus est fortunam, anno Neronis, 7. Christi 62. ætatis suæ 96. officii Episcopalis 28. Euseb. in Chronol. l. 2. c. 23. Niceph. l. 2. c. 38. de Stephani imbre lapideo testantur acta Apost. c. 7. & pulchrè dicit *Chrysost. hom. 46. operis imperfecti: Missum ad te Esaiam serrasti, servum meum Ieremiam lapidasti, Ezechielem per lapides tractum excerebrasti, quomodo salvaberis, qui ad te medicum nullum pervenire permittis? nec dicit Dominus occidisti aut lapidasti, sed occidis & lapidas, id est, hanc quasi propriam & naturalem consuetudinem habes, ut occidas & lapidas sanctos.* 4. dicit Dominus,*

nus, volui te congregare, in Græco: *Ἐπιουναγαγεῖν super congregare*, ut versio Ariamontani reddidit, quicumque enim à Deo alieni sunt, illi dispersi sunt, Christus autem omni tempore congregavit eos, quibus facillimè carere poterat, sic Judæos ex gentibus in Abrahamo convocavit & in filios eos adoptavit, postea, quando ob peccatum vel inter Ægyptios vel inter Babylonios aut alias etiam gentes dispersi fuerant, rursus eos congregavit & in terram promissam reduxit, cum primis vero in N. T. ibi venit filius Dei, ut eos qui dispersi erant congregaret in unum, Joh. II. v. 52. 5. dicit Dominus se voluisse Judæos congregare, non *Aliquoties*, nec *multoties*, sed *Quoties*, id quod incerti numeri est, cum numero planè careat multitudo beneficiorum Christi erga Judæos, juxta illud: *Quid est, quod ultra debui facere vinea mea, & non feci*, inquit Dominus? Esa. 5. v. 4. Tandem 6. dicit Dominus se voluisse congregare Judæorum *liberos*, comparans Hierosolymam *matri*, more scripturæ quæ cives liberos vocare solet. ¶ Observa hic Messie officium esse *συναγειν* sive colligere, juxta nostrum textum: *Quoties te volui congregare*, unde Christus expresse dicitur *ὁ συναγαγων, congregans dispersos Israel*, Esa. 56. v. 8. & alibi dicit Messias: *συναξω, congregabo oves meas de terris* Ezech. 34. v. 13. Satanæ verò officium è contrario est *σκορμιζειν* sive *dispergere*, juxta illud Luc. II. *qui non mecum congregat, ille dispergit*: item: *lupus dispergit oves*, Joh. 10. v. 12. si concederetur Satanæ, omnes protinus Pastores & Politicos & Ecclesiasticos, percuteret ac oves dispergeret, Zach. II. v. 16. adhæreamus itaque fidissimo animarum nostrarum pastori, ne simus instar ovis *dispersæ*, nec sit qui congreget, Esa. 13. v. 14.

*Judai, quomodo congregati.*

*Christi officium colligere.*

Sicut Gallina pullos suos. ] Luc. 13. v. 34. dicitur volui te congregare, *sicut avis nidum suum sub pennas*, sed res eodem recidit, cum *ὄρνις* & *αὐγὴ* significet & *gallinam*, *νοστία* vero vel *νεοστία*, non tam nidum significat quam *pulliciem ipsam in nido*, & si hoc vel maximè non esset, res tamen plana fieret, *per Metonymiam subjecti pro adjuncto*. Et putat Hieronymus Herodem hujus similitudinis ansam fuisse hinc dicit: *Qui Herodem de morte sua tractantem vulpem vocaverat, seipsum Gallina comparat, quia vulpes semper avibus præsertim vero Gallinis insidiatur*: Præterea pulchra hac similitudine pulchrè ad nostrum captum Christus se accommodat, poterat sanè Dominus Judæis & nobis proposuisse, *phœnicem*, avem illam Ægyptiacam, quæ sanguine proprio pullos à Dracone interfectos, resuscitare dicitur, poterat Dominus mentionem fecisse *avis Paradisiacæ*,  
de



*Avia Paradisi.*

de quâ narratur, quod in media aëris regione degat, quod alis pedibus-  
 que careat, quod hirundinem formâ, coturnicem verò magnitudine  
 referat, quod caudâ prolixâ instructa sit, quodque parturiens avicula  
 masculi sui tergo imponat ova, quibus tam diu insideat, etiam in ipso  
 æthere cum socio semper circumvecta, donec tandem enixum fœtum,  
 plumis cum tempore satis instructum, libero ætheri committat. Sed ex-  
 oticas hasce & ignotas aves, quis nostrum vel vidit vel novit? præterea  
 si Christus vel maximè adduxisset vel *passeres parietum*, vel *hirundines sub*  
*recto*, vel *ciconias*, annuos nostros hospites, vel ipsas etiam *columbas* ante  
 oculos nostros nidificantes, nulla tamen harum avium gallinæ confe-  
 renda, quoad affectum, *passeres* enim, *hirundines*, *columbas* & *ciconias*, nisi  
 in nido videas, parentes non agnoscis, *gallina vero ita infirmatur, ut ex rau-*  
*ca voce, hispidis plumis & alis demissis matrem agnoscas, etiam si pullos non videas,*  
 inquit August. in Ioh. tract. 15. v. 4. *Aspice itaq; Gallinam & considera pullos,*  
*Christum utiq; graphicè depictum vides, atq; expressius quam ullus queat pictor,*  
 Marlorat. Equidem pulchrum est, quod Deus brachia sua toto die di-  
 citur expandere, ad populum durum ac rebellem, Esa. 65. v. 2. pulchrum  
 etiam est, quod Moses dicit Deum Israelitas in deserto esse complexum,  
 ut Aquilam expansis alis, quò Christum hic respexisse putant, Deut. 32.  
 v. 12. & repetuntur ferè similia Psal. 91. v. 4. & 63. v. 8. sed longè pulchrius  
 est simile de Gallina quo Ecclesia se oblectat canens: *Gleichwie ein Henn*  
*ihre Küchlein / bedeckt mit ihren Flügelein / so thut der Herr uns Ar-*  
*men / Et in genere quidem hos de gallina versiculos fecit Hugo in Matth.*

*Hispida, raucescit, scalpit, super alta quiescit,*

*Affectu plena, dolet, ova fovens aliena*

*In milvos mota, macra, glaucida, pulvere plena.*

*Gallina imago  
 juveno dissima.*

Sed non nihil accuratius nos consideremus initio quidem *gallina*,  
 postea verò *pullorum* qualitates. ¶ Gallinam quod attinet (1.) mirum  
 est, quod de Cæsare Augusto legimus; is enim cum Sponsam suam Li-  
 viam domi duceret, curru sponsæ imminebat Aquila, quæ Gallinam  
 per omnia candidam in sinum Livix dejecit ita, ut Lauri ramum illa in  
 ore gestaret, id quod pro bono agnatum omine est: pari modo pater  
 celestis, quem Moses Aquilæ alata, Deut. 32. confert; is etiam, hoc anni  
 tempore, dilectissimæ suæ sponsæ Ecclesiæ in sinum demisit, *candidam*  
*illam gallinam* Christum, qui sub Cæsare Augusto natus, attulit ramum  
 olivæ, h. e. pacem de qua heri cantillabant angeli: *Gloria in excelsis Deo &*  
*in ter-*

*in terra pax, &c.* (2.) Gallina ovis incubans vel per multos dies jejuna, vel paucissima raptim deglutiens, ad ova statim redit: Jesus autem noster annon quævis pati voluit, frigus, stabulum, præsepe, imò sitim & famem, *seno jacere pertulit, præsepe non abhorruit, parvog, lacte pastus est, per quæ nec ales esurit.* (3.) Gallina deponit plumas, & quo calorem in ova transfundat melius, ad ipsam usq; carnem nudatur: ita Christus etiam si in forma Dei constitutus, exinanivit tamen seipsum, & servi formam assumpsit, Phil. 2. idque ex calore dilectionis ardentissimæ, *Er tam aus seines Vaters Schoß und ward ein Kindlein klein/er lag auff Erden nackt und bloß in harten Krippelein / er ward ein Knecht und ich ein Herr / laß das ein Wechsel seyn/wie könt es doch seyn freundlicher das liebe Jesulein?* (4.) Gallina præter omnium avium morem, *vocem mutat, & acescit, & lamentabiliter glocitat;* pari modo Christus vocem suam mutavit ita, ut vagiat in præsepio infans, ut in oliveto oret: *Pater si fieri potest, &c. nec non in cruce: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me,* Psal. 22. (5.) Gallina aliàs quidem hominum fugit contubernia, sed enixa foetum instar apri fit hispida, inter medios etiam homines audacissimè incedit, adeoq; novo assumpto robore: contra quosvis pugnat hostes: Ita Christus etiam in infimo exinanitionis voluntariæ gradu, majestatem suam exeruit tamen, & adversus mortem, Satanam ac quosvis alios hostes animosissimè pugnavit. (6.) Gallina alas demittit, & incurvata, *nec verè stans, nec verè cubans,* satis molesto labore yix leviter incumbit pullis absconditis: sic Christus sub umbra alarum suarum summo studio protexit *Noam in diluvio, Lothum in Sodomitico incendio, Israelitas in Egyptiorum interitu,* sic protexit *Davidem in Saulis insidiis, Eliam in Achabi & Jefabelis furiis, Christianos in vastatione Hierosolymæ, Athanasium in persecutionibus, Lutherum, Gryneum, Odonium & alios in periculis.* (7.) Gallina impensè diligit & fovet non tantum sui generis pullos, sed & anates aliasq; aves à se exclusas: Ita etiam Christus diligit, non tantum Judæos, sed & Gentiles ceu peregrinos. (8.) Gallina pullis convocatis cibum præbet, imò rostro pedibusq; terram scalpens docet pullos, quomodo cibum quærere debeant, ita & Christus vocat pullos suos, *Abrahamum ex gentilitate, Thomam ex incredulitate, Magos ex oriente, imo omnes ad se vocatos Matth. 11. cibatur, cibo corporali & spiritali, in verbo ac Sacramentis, docet etiam ubi & quomodo animarum cibum quærere & invenire debeamus, nimirum in verbo, de quo ait: Scrutimini scripturas,*

*Pullorum imago  
Christianos de-  
pingit.*

Joh. 5. imò per fidos Ecclesiæ ministros verbum illud ritè *secat & fran-  
git* quasi, ut eò melius animæ alimoniâ frui queamus, &c. tantum de  
gallina, vide *Dn. D. Franzum in hist. animal.* ut & alios passim, qui gallinæ  
assignant, officium. 1. *generationis*, 2. *dilectionis*, 3. *nurricationis*, 4. *guberna-  
tionis*, 5. *astigationis* cum rostro petulantes pullos coerceat. Nos pro-  
grediamur ad qualitates Pullorum sive Christianorum ¶ (1.) Pullus  
bis quasi nascitur, primò quidem in ovo ubi nulla ejus vita animadverti  
potest, postmodum vero in materna exclusione, sine qua si esset, pullus  
perpetuò maneret mortuus, nec sibi ipsi vitam dare posset: pari modo  
Christiani *non sunt, sed fiunt, non nascuntur, sed renascuntur*, generamur  
quidem à parentibus sed ita nati in peccatis mortui sumus, Ephes. 2. nec  
vitam in nobis haberemus, nisi succederet *regeneratio*, quæ novam facit  
creaturam, Rom. 6. Tit. 3. Joh. 3. (2.) Pullus gallinâ destitutus perit, vel  
frigore, vel fame: Ita & nobis omnino pereundum esset, nisi à Christo  
aleremur per verbum & calefieremus per Sp. S. qui *flectis, quod est rigidū,  
fovet quod est frigidū, regit quod est deviū*, (3.) pulli ut ut infirmi sint maximè,  
suos tamen hostes habent, eosq; satis multos, *seles, aquilas, vultures, milvos,  
&c.* pari modo, quis Christianorū numerabit hostes? lege cap. 4. Danie-  
lis, & videbis quæ animalia insidias struxerint, tum *Christo gallinæ*, tum  
ejus *pullis*, habebis ibi *Leonem*, Assyriacum, *ursum* perficum, *pardum* Græ-  
cum, *Bestiam* illam *Romanam* satis notam, in novo T. Herodes erat *vul-  
pes*, Pilatus *Aquila*, quibus cum Judæi, spretâ gallinâ Christo, adhare-  
rent, discerpti miserè sunt & dilacerati, sequamur itaque Christum gal-  
linam nostram & *alba gallina filii* certò erimus, ab omnibus Harpyis in-  
munes, (4.) Pulli paulatim à gallina discunt, quomodo nidum com-  
munem debeant conscendere: Ita & nos à Christo discamus ascendere,  
& ea quæ sursum sunt quærere Col. 3. (5.) Pulli sequuntur gallinam, et-  
iam si rostro acrius nonnihil pungantur, & qui sequi amplius nolunt, il-  
li à gallina separantur, *sie werden abgetachelt* / & prunis traduntur; sic li-  
cet Christus increpet, pugnet, verberet, tamen intrepidè & patienter  
ipsum sequamur, nisi ab ipso separari & flammis infernalibus ustulari  
velimus, &c. Hæc est pulcherrima illa similitudo *de gallina*, cujus quidem  
etiam Cicero meminit *lib. 2. de nat. Deorum*, sed ejus usum jam monstra-  
tum planè ille ignoravit. ¶ Observes ergò brevissimè, quinam sit  
prædicationis verbi divini scopus unicus: hic scilicet, quod eo Deus nos  
colligere vult sub umbra alarum suarum, ut nos *foveat, sustentet, tuea-  
tur &*

*Alba gallina  
filii.*

*Verus prædicanti  
verbi finis.*

tur & defendat, v̄ itaq; illis qui hanc congregationem negligunt, Heb. 10. nos potius oremus cum Davide: *Sub umbra alarum tuarum protege me,* Psal. 17. v. 8. *in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas,* Psal. 57. v. 2. *protegar in velamento alarum tuarum,* Psal. 61. v. 5. pertinent huc Scholastici illi versus Domini Phil. Melanth.

*Spiritus ut Domini nascentia corpora fovit,  
Cum manus artificis conderet ipsa Dei,  
Sic foveat cœtus, qui Christi oracula discunt,  
Accendatq; igni pectora nostra suo.*

Sed noluisse. ] Non sine singultu hæc dixit Dominus: **NOLUISTIS**, in græco: *οὐκ ἠθέλησατε*, non voluistis, in Deo nulla fuit major cura, quam ut servaremini, in vobis autem nulla minor, simpliciter noluisse, & verè omnibus temporibus tales Judæi se gesserunt, misit Deus *Prophetas*, noluerunt: misit *Ioannem*, noluerunt; misit *Apostolos* noluerunt: invitavit ad *nuptias regias*, Matth. 22. noluerunt: invitavit ad *cœnam magnam*, Luc. 14. noluerunt, &c. *Quæritur* autem annon liberum arbitrium hîc adstruatur? quando enim Christus dicit: *Noluisti*, annon innuitur è

Vox **NOLU-**  
**ISTI** Synergistæ  
non juvat.

converso **POTUISSE** illos velle, **POTUISSE** illos concionanti Christo as-  
sentiri, **POTUISSE** illos morem gerere & sub ejus alis se abscondere? Sed  
aliud est: **VELLE** externum, quod externam requirit locomotivam ita,  
ut homo possit adire templum, audire verbum & quidem diligenter  
audire, ut de Herode Marcus, & de Judæis Amosac Paulus Rom. 10.  
testatur. Alterum autem *velle internum* est & *spirituale*, constans assensu  
cordis seu fide, & tale velle Christus à Judæis requirere non potuit, quia  
in nullius hominis non regenerati arbitrio est: requirit ergo **VELLE**  
illud *externum* *Padagogicum*, quod quidem illi præstare & legatis Dei  
accommodare aures suas poterant, sed noluerunt, adeoque in externa  
etiam disciplina noluerunt, ut potius Dei ministros persecuti sint, eos-  
que crudeliter trucidarint. Oritur autem hic nova difficultas, nam  
quomodo Christus dicere potuit de Judæis: *Vos noluisse*, cum ipsius  
**VELLE** longè *potentius* esse potuerit quam ipsorum **NOLLE**, Christus  
certè quæ **VOLUIT**, **VALUIT**, etiam in cœlo & in terra, Psal. 115. v. 3. Di-  
stinguendum autem est inter *voluntatem Dei absolutam*, & in verbo *re-*  
*velatam*, vel manifestatam. Absolutâ voluntate facit Deus quæcunq;  
**VULT**, nec ulla ei creatura potis est resistere; voluntas autem Dei *re-*  
*velata* & *ordinata* hoc requirit, ut homines ejus legatos audiant, ejus ver-

bo obediant, seseq; ei accommodent, quod qui faciunt, eos vult salvos facere, qui autem cum Judæis nolunt, illorum damnatio justa est, quia qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, qui verò non crediderit condemnabitur, Marc. 16. Quid itaque sequitur ex hoc textu? planissimè sequitur vires liberi arbitrii in spiritualibus *planè nullas esse*, testatur enim Christus expressissimè vires hominum ad **VELLE** bonum *planè esse emortuas*, ad **NOLLE** autem nimis eas efficaces esse, & profectò quod de Judæis hic dicitur, hoc de omnibus hominibus verum est, naturâ omnes *nolumus*, sed Deus per Spiritum S. suum ex **NOLENTIBUS** volentes, & ex **RELUCTANTIBUS** consentientes facit. ¶ Observemus causam damnationis multorum non quærendam esse, *in absoluto* quodâ *Dei decreto*, sed in hominum contemptu & contumacia, juxta illud: *Et noluisse*. Deus Pater albam illam gallinam Christum misit omnibus, Christus etiam dulci suâ voce congregare voluit omnes, non invitus sed libentissime omnia fecit, *Gleich wie eine Henne sich selber setzet / von niemand genöthiget oder gezwungen /* Prophetæ etiam & Apostoli omnibus hominibus Dei voluntatem annunciarunt, sed *noluerunt* illi, sicque in Deo non contraria quædam voluntas fingenda, vult enim omnes salvari & venire ad veritatis agnitionem, non vult mortem peccatoris, adeoque ex ipso salus, ex hominibus interitus, 2. Tim. 2. 2, Pet. 3. Ezech. 18. & 33. Ose. 13. &c.

*Quæ nota damnationis multorum causa.*

**Ecce relinquetur domus vestra.** ] *Ruina est homini devorante sanctos*, Prov. 20. v. 25. Germani dicunt: *Mit den Heiligen ist nicht gut scherzen / sie zeichen gern /* Judæis hoc obtigit; postquam enim Prophetas diu satis trucidarunt, & Dei legatos lapideo exceperunt imbri, sequitur jam horrenda pœna, in cujus denunciatione omnia emphatica sunt, 1. particula *Ecce*, quid hoc loco aliud est, quam vocula *severitatis*, ut nos dicere solemus: *denck meiner dabey / es sol dir nicht geschehen / et werden!* vel ut Aret. *certitudinis est, quod afferanter ait: ECCE.* 2. notetur Christum non in futuro; *Relinquetur*, sed in præsentem: & *Phisicay Relinquitur*, id quod proculdubio idè fit, quod devastatio jam jam immincat, unde etiam Glossa interlin. addit: *relinquitur, in proximo.* 3. notatu dignum quod Christus dicit, non: *domus vestra desolabitur*, sed *desolata relinquitur*, quia describitur hîc templi, urbis totiusq; rei publicæ devastatio, non qualis olim accidit tempore exilii Babylonici, quæ calamitas 70. annorum spatio terminata, sed indicitur hic & indicatur *perpetuo dur-*

ratura & nunquam finienda vastitas, *Hunn.* 4. notabile est, quod Christus dicit vastandam esse domum, hoc est Templum, quia semper hic clypeus Judæis in promptu erat, quid? an migraret Deus ex hoc loco, quem sibi unum in terris delegit? quod si habitat in medio nostrum, tandem nos restitui oportebit, imò omnem suam fiduciam in templo collocabant dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini, *Jerem.* 7. v. 4. Sed toties laudata illa domus, edes tam magnifica, tam sancta, locus tam augustus, auro undiquaque radians, imperii ornamentum, quæ Titii Imperatoris vox erat apud *Joseph.* l. 7. de B. J. c. 9. illa immensa opulencia domus, juxta *Tacit.* l. 5. annal. imò domus 7. mundi miraculis annumerata, illa, juxta hodiernum Christi vaticinium, desolabitur. Quamvis vocula domus generalius etiam accipi queat, de omnium Hierosolymitanorum, imò etiam Judæorum domibus in tota illa regione, & videtur Christus hic respexisse ad illud Davidicum: *Fiat habitatio eorum deserta, & in habitaculis eorum non sit qui inhabitet,* *Psal.* 69. v. 26. 5. Notetur per templi desertionem duo depingi, deseritur enim domus vel quando pro inhabitatore bono malus succedit juxta illud: *O domus antiqua, quam distari dominare Domino!* vel quando ædes planè evertuntur & demoluntur. Prima itaque domus Judaicæ desertio fuit, quando verus cultus variis hæresibus contaminatus est, quando idola Romanorum in templum introducta sunt, quando audita est vox: *Migremus hinc,* imò quando domus Dei facta est spelunca latronum, & habitatio progeniei viperarum, sicut Pharisæi è *Johanne Bapt.* dicuntur, *Luc.* 3. altera verò desolatio fuit, quando sub *Tito Vespasiano* nelapis quidem super lapidem relictus est, *Luc.* 19. Tandemq; 6. notetur quod templum hic dicitur non amplius domus Dei, sed domus Iudeorum, Domus vestra deserta relinquetur, aliàs de *Cyro* dicit *Jehova*: *Ædificabit civitatem Meam,* *Esa.* 45. v. 13. sic templi tabernacula dicuntur *Dei tabernacula,* *Psal.* 84. v. 1. sic Deus dicitur habitare in *Sion,* & suum habere habitaculum in *Salem,* *Psal.* 74. v. 3. Sic *Salomon* templum nominat *Domum Domini Dei sui,* *1. Reg.* 5. v. 3. & 5. sic *Esa.* 56. *Domus Mea,* domus precationis, & Christus in Templo repertus, dicit, se fuisse in iis, quæ sint patris sui, *Luc.* 2. &c. Verùm hic stylus planè immutatur, Templum dicitur, non Dei sed Iudeorum templum, civitas dicitur non Dei, sed Iudeorum civitas, regio tota non Dei sed Iudeorum regio dicitur, gloriantur sane de sua hac domo, *Dei domus* amplius non est, imò Dei auxilio plane destituta, mox desolabitur. ¶ Ob-

*Pulso Christo,  
politica tran-  
quillitas jam  
violata est.*

serv. multos quidem in mundo similes esse Caiphæ, qui putabat, politi-  
cam tranquillitatem retineri melius non posse, quam si Christus &  
Christi Evangelium è medio tolleretur, Joh. II. v. 50. verum errant illi,  
& multis quidem modis errant, cum hic audiamus persecutione Ev-  
angelii non retineri, sed potius amitti tranquillitatem politicam ita, ut  
contemptum verbi certò sequantur ruinæ urbium, regionum, imperio-  
rum & rerum publicarum. Adamas cum nullo instrumento frangi  
possit, sanguine tamen hirci conspersus frangi dicitur: Pari modo etiam  
adamantina regna frangi necesse est, quando innocens sanguis marty-  
rum & confessorum Evangelii funditur, Das Blut der Befenner Ev-  
angelischer Wahrheit unschuldig vergossen/ erweichet die hartesten Stein/  
es zersprenget die hartesten Schloffer vnd Festungen/ Städte vnd Wä-  
ren/ viel kräftiger als wenn 100. Tonnen Pulver drunter angesündet  
werden/ Drumb hätte sich jederman für Prediger Blut/ vnd vergreiffe sich  
nicht daran/ denn Gott leydet's nicht/ vnd lests nicht vngestrafet/ Sacc.  
Habent & nostri Principes suas domos, domum Austriacam, domum Burgun-  
dicam, domum Saxoniam, domum Brandeburgicam, &c. viderint itaque ut  
ipsum domus sint domus Dei & sedes veræ doctrinæ, sin minus dici  
posset: Domus vestra relinquetur deserta. Quilibet Christianus habet  
suam Domum, patriam scilicet, de qua dicere solemus: Wo gehörestu zu  
Haus? attendat itaque ut & illa veræ religionis sit habitaculum, sin mi-  
nus, dici posset: Domus vestra relinquetur deserta, imò unicujusque homi-  
nis cor dicitur Domus, 2. Cor. 5. videant itaque singuli ut ipsorum cor  
sit DEI templum & domus, sin minus Diabolus occupat & regna, & do-  
mos, & corda hominum satis impudenter dicens: Revertar in domum  
meam, unde egressus, Luc. II. v. 24.

Dico autem vobis quod non videbitis me. ] Quomo-  
do verba hæc intelligenda sint quæritur? quidam putant Christum hic  
vera dixisse secundum literam, cum Judæi post hæc verba ipsum non vide-  
riant Hierosolymis, donec ab ipsis die Palmarum exceptus est cantico il-  
lo: Benedictus, qui venit in nomine Domini, & ita talis horum verborum sen-  
sus esset: vos me hinc, ex Peraa jubetis discedere, cum alioquin Herodes me inter-  
fecturus sit, verum ego dico vobis, futurum est ante meam consummationem, ut  
vestrici onces Hierosolymitani, solenniter me excepturi & cum tripudio canta-  
turi sint: Benedictus qui venit, &c. quod prædictum licet hucusq; mirabi-  
liter sonuerit in auribus Phariseorum, completum tamen est, ut ex  
Dom.

Dom. primæ adventûs Evangelio, notum, Matth. 21. v. 9. Alii putant in his verbis Christum perstringere voluisse vanam Judæorum hypo-  
 crisin, quod velut promissæ salutis ardentem cupidi, quotidie ex Psalmo  
 118. cecinerint: *Benedictus, qui venit in nomine Domini*, & interim ludibrio  
 habuerint promissum Redemptorem, Bez. Sed cum hæc verba à Chri-  
 sto repetita sint etiam post ingressum suum publicum, videlicet Matt.  
 23. v. ult. rectè puto hæc exponi non de primo, sed potiùs de ultimo ad-  
 ventu, ut sit sensus: *Hactenus inter vos submisè & humaniter versatus & do-  
 ktoris officio functus sum, sed quem nunc redemptorem contemnitis & salutis mi-  
 nistrum, illum aliquando judicem experiemini cum majestate rediturum*, qui-  
 dam hanc sententiam ideò repudiant, quod non credibile sit impios &  
 incredulos de Christo dicturos: *Benedictus, qui venit in nomine Domini*: ve-  
 rùm hic scrupulus nullus est, cum Zach. 12. v. 10. dicatur, impios nolentes  
 volentes visuros illum, quem transfixerunt, imò nolentes etiam di-  
 cturos eos: *Domine, Domine*, Matth. 7. v. 22. ¶ Observa hîc Judæorum  
 cæcitatem ad novissimum usque diem duraturam, interea gentium ple-  
 nitudo ingrêditur, & ira Christi Judæos premit, donec sub finem etiam  
 Israel salvus fiat, juxta vaticinium, Rom. 11. v. 25. Sed de hoc vaticinio  
 alibi egimus, concludimus itaq; dicentes: *Benedictus, qui venit in nomine  
 Domini*, imò qui *veniet* in nomine Domini, utq; *veniat* citò, etiam atque  
 etiam his rogamus: *Veni Domine Iesu, etiam veni! visita nos in pace, ut late-  
 mur coram te perfecto corde, Amen.*

## Feria III. Nativitatis Christi, Evangelium Johan. I.

**E**rat in principio sermo, & sermo erat  
 apud Deum, & Deus erat ille ser-  
 mo. Hic erat in principio apud Deû.  
 Omnia per ipsum facta sunt, & sine  
 eo factum est nihil, quod factum est. In ipso vita  
 erat,